



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

V. Das Kloster Marienthal vertauscht zwölf Hufen in Ordorf und zwei Hufen in Honstedt bei Lutter für sieben Hufen und drei Höfe in Berklingen an das Kloster Diesdorf, am 8. Februar 1220.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tutione nostra essent, nos cambitionem facientes cum venerabilibus domino christiano preposito in distorp et conuentu eiusdem loci predicta bona eis dedimus, pro XX marcis argenti et pro manso uno, quem ipsi in maiori emmedha habuerunt et sic illum obtinemus salvo nobis eodem iure et iusticia quo ipsi prius eum possederant.

V. Das Kloster Marienthal vertauscht zwölf Hufen in Ordorf und zwei Hufen in Honsfied bei Lutter für sieben Hufen und drei Höfe in Berklingen an das Kloster Diesdorf, am 8. Februar 1220.

Hinricus, dei gratia Abbas vallis sancte Marie, — — futurorum quieti providere cupientes, presenti scripto cunctis legentibus dignum duximus intimandum, quod ecclesia vallis sancte Marie duodecim Mansos in Orthorp et duos in honstede prope lythere omni iure proprietatis diu obtinuit possessione quieti. Causa igitur honesta intercedente ecclesia vallis sancte Marie prefata bona, ab omni aduocatie grauamine et litonum iure libera, ecclesie beate Marie in Disthorp pro septem mansis et tribus areis in berklinge, omnem habentes integritatem libertatis, dedit perpetuo proprietatis iure integerrime possidendos, hac tamen forma . . . . . bona ab omnibus impetentibus secundum iuris ex(actione)m inte(gral(ite)r . . . odiet fideliter se interponendo, ut quicquid utraque ecclesia in predictis bonis . . . . . habuerit, uicissitudine karitativa sopiatur. Acta sunt hec anno ab Incarnatione domini Millesimo CC°. XX°. VI°. Idus Februarii, presenti abbati Arnolde de Riddageshufen, Hermanno existente fore . . . . . vallis sancte Marie, Johanne de Ofkerfloue . . . . . rado cellerario, Olrico custode, Friderico kamerario. Cum consensu unanimi uniuersi c(ap)ituli loci eiusdem, Sicut exhibitione presentium prenotatur litterarum. Datum per manus Osmandi, Monachi et Notarii loci eiusdem.

An den durch Punkte bezeichneten Stellen ist das Original vermodert. Rückfichtlich des Datums ist schwer zu bestimmen, ob VI. zum Jahr oder zum Tage des Datums gehört.

VI. Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, schenkt dem Kloster Diesdorf zwei Hufen zu Henningen, am 25. März 1222.

Otto, Dominus de Lyneborch, vniuersis fidelibus tam futuris quam presentibus salutem et sincere dilectionis affectum. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, scriptis priuilegiorum et testium Linguis perpetue solent memorie commendari. Eapropter vniuersitati omnium qui hanc paginam uiderint et audierint cupimus fore notum, quod nos duos mansos in henninge de patrimonio